

Apostolica auctoritate clausuram procurant. Quam constitutionem (quae habetur in cap. periculoso, de statu Monach. in 6. Concilium Tridentinum renovat fess. 25. cap. 5. de regularibus.) Addens quibuscumque contravenientibus excommunicationis ipso facto incurrendae poenam.

4. Can. LXXX. Pastoribus etiam, & iis, qui curata beneficia obtinent, injungimus, ut Ecclesis, in quibus per consensum Diocesanum instituti sunt, nec tamen eisdem per se presunt, Vicarios idoneos & Canonicos infirmos praeficiant, eisque pro sufficienti victu portionem congruam de proventibus Ecclesiae assignent: nec sic a se institutos Vicarios ab eadem Vicaria amoveant, nisi ipsi jam actu Sacerdotes Ecclesias suas per seipos regere velint; aut aliquam rationabilem amotionis causam contra Vicarium eorum Diocesanum aut ejus Officiali probaverint.

Hic tamen admonendus est lector, quod quoties Vicaria quaequam erecta est in titulum beneficii, nequaquam liberum est Rectori ad illam administrandam se ingerere per seipsum. His adde, plerumque hujusmodi Rectores non esse ad curam animarum satis idoneos.

Can. LXXXV. Ad confessionem & dehonestamentum Ecclesiastici Ordinis facti, scilicet honorum discrimina tolluntur, nec suis cuique honor habetur. Unde ordinamus & decernimus, ut inferioris dignitatis Clericus seu Vicarius sine Canonico, Praelato suo sine in assurgendo, sine in aliis prerogativis reverentiam juxta consuetudinem illius Ecclesiae debitam subtrahens fructuum prebende subtractione ad tempus pro excessu qualitate puniatur. Quod si similitudo & animi arrogantia proventus in tali contemptu praelati sui perseveraverit, a reliquis confratribus velut inobediens & juramenti sui immemor, a consortio Ecclesiae & omni fructuum perceptione amoveatur: non nisi de ipsius Episcopi consensu ad eandem rursus admittendus, ut discat potestatem suam supra se positam, velut Dei ordinationem agnoscere & venerari.

Can. LXXXIX. Ne ex incuria aut negligentia, sicut consuevit, damna Ecclesis accidant, Capitulis Metropolitanis, Cathedralibus, & Collegiatarum, aliarumque Ecclesiarum Rectoribus & Curatoribus mandato injungimus, ut singulis annis semel ad minimum, omnes Ecclesiarum res & ornatus inspiciant, & in indice singula diligenter describant, quo si quid inde deperierit, facilius deprehendi & servari, & ratio ab his, quibus ea cura commissa est, expositi & reddi queat. Eadem diligentia volumus & praecipimus, ut omnium Ecclesiarum praedia & redditus, tum communes, tum etiam ad singulas dignitates beneficia pertinentes, in libro ad id deputato exactissime conscribantur. Litterae vero originales censuum tam communium, quam ad singula beneficia pertinentium, non apud singulos possessores relinqui; sed in publica & bene munita custodia (copiis eadem extrahis apud possessores retentis) asseruari debent. Unde si occasio exegerit deponant, & singulis personis sub cautione redhibitionis permitti poterunt.

Can. XC. Ut Ecclesia per Provinciam nostram constituta a damnis, quo nunquam ex infida procuratore accipiunt, in posterum vindicentur, decernimus & ordinamus, ne posthac solis laicis, sed cum aliquot laicis cuiusque Ecclesiae Rectori seu Plebano velut principali, officium fabricae seu procuratio Ecclesiae committatur; ita tamen ne ipsi Ecclesiarum Rectores seu Plebani, officio exactoris censuum, proventuum seu reddituum, seu procuratoris labore graventur: Tales etiam Ecclesiarum procuratores de pecuniis seu proventibus Ecclesiarum nihil in sumum privatum usum convertant; sed omnia in Ecclesia utilitatem impendant, & de omnibus acceptis & expensis debito tempore, ad minimum semel in anno, coram ipso Plebano seu rectore Ecclesiae & aliis ad hoc deputatis rationem conficiant. Volumus etiam, ad singulares Ecclesiarum cistas, in quibus litterae censuum, seu pecunia, & pretiosiores Ecclesiarum res asservantur, diversae seras, & ad minimum duas fieri & ex clavibus semper unam apud Parochum seu rectorem Ecclesiae relinqui & custodiari: sic ut tales cista non ab uno aliquo procuratore, nec unquam absente Parocho, aut rectore Ecclesiae possint aut debeant aperiri. Huic vero nostrae constitutioni in Ecclesiarum fraudem non parentes ipsi Plebani Nobis aut Vicariis nostris denuncient, debita monitione praevia excommunicandos.

5. Can. XCI. Ut ab institutione ad Ecclesiastica beneficia omnem ambitionem omnemque simonia pravitatem praedamur, presentis statuti ordinamus & decernimus, ut quicumque vel ministeribus, vel pollicitationibus, seu quibuscumque passionibus unius aut plurium sibi favorem conciliaverit, ut per eos ad beneficium sine dignitate quaerendum (quatenus ad nostram dispositionem pertinent) promoveatur, eo ipso excommunicationis sententiam incur-

rat, & reddatur inhabilis, ne unquam ad tale beneficium seu dignitatem amplius eligi & assumi possit. Quod si electus & assumptus postea fuerit deprehensus tales donationes, promissiones seu passionem fecisse, talis beneficium sine occupato privari & de dignitate deponi debet. Simili modo quicumque pensiones non legitime assignatas aut dederint, aut receperint, aut alioqui illicitis modis beneficia aut dignitates occupaverint, pro excessu qualitate puniri, & talibus beneficiis aut dignitatibus privari debent. Quo ut archius observentur, nullus in posterum Clericus ad aliquod beneficium seu dignitatem admitti debet, nisi prius juraverit, quod in eius adeptione nullam commiserit simoniam, aut illicitam fecerit passionem.

De simonia in beneficio habetur 1. q. fere per totam: & Concil. Tolet. VI. c. 3. & cap. cum semper, de concessis: & toto fere tit. simon. Denique Concilium Tridentinum. sess. 24. cap. 14. de reform. omnes in re beneficiaria simoniacos, poenis contra simoniacos editis a facris Canonibus, & variis summorum Pontificum constitutionibus, quas innovat, teneri decernit.

6. Can. XCIX. Clerici aliunde advenientes nec in illis Ordinibus, quos saltant, ministrare permittantur, nec ad superiores Ordines promoveantur, nisi fide digno testimonio docuerint se eos Ordines, quos habere se asseverant, rite & legitime suscepisse. Peregrini autem Sacerdotes ad Missarum celebrationes non admittantur, nec ultra mensam in aliquo Presbyterorum consortio foveantur, nisi testimoniales litteras super vita, moribus & recessu ab eo Episcopo, a quo recesserunt, similiter admisionis testimonium eius Episcopi, ad cujus diocesim se comulerunt, ostendant.

Vetat Apostolorum canon sine commendatitiis seu curatiam quemquam extraneum, sive Episcopum, sive Presbyterum, sive Diaconum suscipi, can. 32. Huc pertinent Niceni Concilii cap. 5. & Antiocheni can. 6. & 7. & Sardiceni. cap. 19. Laodiceum cap. 47. prohibet Sacerdotibus & quibuscumque Clericis peregre sine Canonice litteris proficisci. Concilium Carthaginense tertium can. 28. ita ficitur: Episcopi trans mare non proficiscantur nisi consilio prima sedis Episcopo suo cuiusque provinciae, ut ab eo praecipue sumere possint formatam. Similiter decernitur c. fraternitati, de Cler. non resid. Clericum alterius diocesis absque commendatitiis litteris sui Episcopi non debet recipere, nisi pro eo receperit ab Apostolica Sede mandatum. Postremo Concilium Tridentinum sess. 23. cap. 16. Nullus Clericus peregrinus sine commendatitiis sui Ordinarii litteris, ab ullo Episcopo ad Divina celebranda & Sacramenta administranda admittatur. Plura, si lubet, require superius ad secundum Saeculum in nostra de formati seu canonice litteris dissertatione 7.

7. Can. CI. Soritelia, quae ad injuriam sacre religionis nostra detestando malorum demonum commercio exercentur, omnibus Christianis prohibenda; in Clericis vero omni poenarum acerbitate coercenda censemus: proinde Clericum soritilem propterea ab omni functione Ecclesiastica & Ordine removendum, & excommunicationis sententia censens aligandum: a qua nisi in articulo mortis a nemine quam a suo Diocetano, aut summo Pontifice, seu Legato eius ad id potestatem habente absolvi debet. Et si incorrigibilis esse perpexerit, ad monasterium arctum pro agenda penitentia detradatur, aut prorsus abiciatur. Laici vero ab hac arte execrabili publicatione bonorum suorum, aut pertinacia eorum exigente, perpetua captivitate, aut graviore etiam animadversione coerceri debent.

Illud verbum prorsus abiciatur, hoc loco degradationem significat. De qua poena intelligi quoque debet canon Laodiceus 36. quo jubentur Sacerdotes & quilibet clerici magi & incantatores & amuletorum, & quicumque magicos, opifices ab Ecclesia projici, & a communione excludi. Cum enim canon iste Moguntinus supra poenam suspensionis, adjungat aliquid gravius, si reus in contumacia persistat, ista gravior poena debet esse a prioribus jam declaratis distincta. Nec vero tantummodo in clericos magos, sed etiam in eos, qui magos ipsos consuluerunt, depositionis & in monasterium ad penitentiam delicti condemnationis poenam ingerit Concilium Toletanum IV. can. 28. citatum in Decreto Gratiani, c. f. qui Episcopus, 26. quaest. 5.

CON-

CONCILIVM TREVIRENSE

Ann. 1549.

1. Anno 1549. sedente ad clavum Apostolice Ecclesiae Paulo III. Joannes Treverorum Archiepiscopus & Princeps, Germanici Imperii Elector, Synodum hanc provincialem celebravit. In hac in primis factum est stabile ac inconcussum fundamentum Christi oraculo confirmatum & constitutum supra firmissimam petram, quando Petrus Apostolorum Apici & Coryphaeo traditis regni caelestis clavibus suam Ecclesiam aedificavit, ad verius quam porta inferi (falsa scilicet dogmata) nunquam essent praevalitura: Romana scilicet Cathedra fides, quam Petrus & Paulus sanguine suo consecraverunt, & per traditionem nunquam intermissam, nec unquam juxta Christi stabilem promissionem intermittendam ad nos transmiserunt, attestante Auctore & fidei Ecclesiae Consummatore Christo Jesu, se cum eadem Ecclesia indivulsi permanerunt omnibus diebus usque ad consummationem saeculi.

2. Inde progreditur sacra Synodus ad commendandam in Verbi Divini & Sacramentorum ministerio necessariam missionem; qua nota omnes haereses desituntur, & ab orthodoxa Ecclesia certissime discernuntur, adeo ut nec ipse Sponsus & Fundator Ecclesiae predicaverit, nisi accepta ab aeterno Patre missione, quam innumeris signis ac miraculis, & veterum Prophetarum oraculis, ac perspicuis praedictionibus quasi sigillis confirmavit. In cujus persona sic loquitur Iteas cap. 61. Spiritus Domini super me, eo quod unxerit me, ad evangelizandum pauperibus misit me. Quod vero spectat ad Sacramentorum dispensationem, ceteraque Pontificia, non sine missione Christus eadem praestitit, ut praclare Paulus attestatur Hebr. 5. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo tamquam Aaron; sic & Christus non semetipsum clarificavit, ut Pontifex fieret; sed qui loquutus est ad eum: Filius meus es tu, ego hodie genui te; quemadmodum & in alio loco dicit: Tu es Sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Idemque Apostolus Rom. 10. per pulcherrimam gradationem salutis nostrae summam ad missionem praedicationum reducit dicens: Omnis quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit. Quomodo ergo invocantur, in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine praedicante? Quomodo vero praedicantur, nisi mittantur? At vero haereticis omnibus illud commune est cum falsis prophetis, quod expollat deus Jeremia 23. n. 21. Non mittebam Prophetas, & ipsi curabant, non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. Quomobrem statuit hac Synodus,

Prinde Nos Evangelica & Apostolica regule innuentes statimur & praecipimus, ne quisquam posthac etiam quamcumque religionem professus, publice predicare praesumat, nisi ab Episcopo ordinario, vel eius Vicario admisionis fuerit. Et si quis etiam religiosus Apostolice Sedis privilegio nitatur, tenebitur Nobis aut Vicariis nostris de hoc fidei legitimam facere. Laicis vero prorsus interdicimus, ne praedicandi officium usurpent, aut occulta conventicula faciant. Omnes vero & singulos, aliter quam praescriptum est, publice vel privatim predicationis officium usurpare vinculo immodamus, & excommunicatos declarari publice mandamus: & nisi respuerint, alias competenti poena a Nobis aut nostris Suffraganeis, vel locorum Ordinariis plenebendi sunt.

Invis superius Concilii Moguntini hoc ipso ann. 1549. inito can. 49. cum ibi annotatis.

3. Can. V. Deus etsi spiritus sit, non tamen internis tantum effectibus fidei, spei & caritatis, verum etiam externis actibus colendus & adorandus est: ut cor & caro exultent in Deum vivum. Est enim externus cultus signum ac manifestatio quaedam cultus interni: Quod est laus communis & orationes publicae, quae per Ecclesiam ministros, ex persona totius populi fidelis Deo offeruntur, quo alii quoque (quatenus per ipsarum occupationes licet) ad laudes Dei & gratiarum actiones excitentur. Neque enim Ecclesiastica melodia sua deest energia. Id quod Augustinus testatur, referens Ambrosium Mediolani cantum instituisse Ecclesiasticum, secundum morem Ecclesiarum Orientalium lib. 8. confessionum cap. 7. Eumque cultum celebrari coepum magno studio fratrum Hymnos & Psalmos canentium, quem etiam cetera Ecclesia imitatur sunt: sed & ipse Augustinus, quantum Ecclesiasticis fuerit cantibus affectus, his verbis testatur cap. 6. Quantum fieri Domine in hymnis & canticis tuis, suaviter so-

nantis Ecclesia vocibus acriter commotus: Voces illae infuebant auribus meis, & eliquabatur veritas in cor meum, & ex ea astuabat affectus pietatis, & curriebant lacrymae, & mihi bene erat cum illis. Et rursus: Cum reminiscor, inquit, lacrymas, quas in primordio fidei mea fudi ad cantus Ecclesiae, & nunc quoque commoveor, non cantu, sed rebus, quae cantantur, cum liquida voce & convenientissima modulatione, magnam huius instituti utilitatem rursus agnosco, magisque adducor consuetudinem approbare in Ecclesia, ut per oblectamenta aurium infirmior animus in affectum pietatis assurgat. Haec cum ita se habeant: hortamur omnes & singulos Clericos, ut omnes pariter convenienti modulatione, consona denique voce debium DEO cultum nocturnum & diurnum devote & religiose exhibeant & exequantur eo modo, his ritibus & caeremoniis, quibus haecenus usque est Ecclesia, & ut a sanctis Patribus est traditus, atque a Majoribus nostris observatus.

4. Can. VI. Quicumque tempore, quo Divina Officia peraguntur, spatium in Ecclesia, vel circa eam deambulare, simul & otiosis fabulis vacare comperit fuerint, tamquam absentes pro die illo habeantur. Et si semel admoniti non desisterint, sed pertinaces fuerint, graviores subeant poenam arbitrio Praelatorum, aut vices eorum gerentium, infligendam. Quos & ipsos hortamur, in modo eis districte injungimus, praesertim in Metropolitana Ecclesia nostra Treverensi, & in Cathedralibus Suffraganeorum nostrorum tamquam insignioribus & frequentioribus Ecclesiis, ut nulla ratione pariantur Divina Officia quorumcumque colloquiorum, confabulationum, deambulationum, aut canum, avium, morionum, & similibus strepitu, garritu, & latratu, sive a laicis perturbari, aut irreverentia affici. Sed nec ipsi Praelati, quorum maxime interest remove scandala, atque ea quae verbis imperant, facti & exemplo confirmare, in eis sese culpabiles reddant, neque in correctione subditorum negligentes se exhibeant. Et quod nullus in peccatis excusationis locus relinquatur, presentis decreti tenore in irritum revocamus & annihilamus omnia statuta, ordinationes, consuetudines & privilegia exemptorum quibuscumque Ecclesiis, militibus, hospitibus, locis, & monasteriis quorumcumque Ordinum, quacumque auctoritate qualitercumque concessa, quae reformationi praedictorum abusu, & correctioni perversorum morum adversantur, aut in more sunt, ut contra personas & loca praedictarum Ecclesiarum, Ordinum, domorum, majoratum, hospitalium, monasteriorum sine omni exceptione ad correctionem sive emendationem procedi non possit aut valeat: Cujus executio in casu negligentiae a Capitulis ad Praelatos, & Praelatorum negligentiae intercedente, ad Officiales vel Vicarios locorum, aut eorum Superiores devolvatur.

5. Can. XI. Religiosos varii nominis & regule, simul & pia loca, quae sancta Romana Ecclesia benigno favore semper prosequuta, specialibus gratiis, privilegiis, immunitatibus & exemptionibus decoravit: ea omnia Nos per Nosram Dioecesim & Provinciam Nosram Treverensem nullatenus imminuere, sed magis illibata conservare, & quatenus aiorum jure salvo possimus, augere & extendere in votis habemus & intendimus. Sed ita, ne sub ovina pelle gregem Dominicum irruentia lupi rapacis invadat, & sub pietatis imagine virus haereticum praevitatis obrepit, & sub praetextu conversationis Evangelicae spiritus malignus illudat. Cujus rei gratia (praeter singulorum Ordinum ab Ecclesia receptorum Constitutiones regulares, quas tamquam salubres ab omnibus & singulis, prout illos respectivo concernunt, observari mandamus) varii canones editi sunt, a quibus (quod dolenter referimus) si non ab omnibus neque in omnibus, a plerisque tamen & multis declinatur, non solum in propria salutis discrimen, sed & in religionis opprobrium, & plurimum fidelium scandalum; sed & in illius, cui suam in regritatem spontanea voluntate dovoerant, gravem offensam. Quapropter quae in iis ab Ecclesia & praecessoribus nostris sancte & canonice statuta sunt, ut inviolabiliter observentur, serio mandamus & praecipimus.

6. Et inter ceteros abusus reformandos curent Praelati, Abbates, Priores, Guardiani, simul & monasteriorum Visitatores, & alii quocumque titulo nominentur, ne aliquis ante decimum quintum annum ad probationis annum admittatur. Item ne quis probationis anno non completo ad professionem recipiatur. Item receptis sic praecipit idonei deputentur, qui eos in regulari observantia & Divinis officiis, non minus quam in litteris, & e converso instituant & forment. Ad sacros Ordines suscipiendos non nisi atate & scientia sufficientes praesentent. Item idonei ad jussu Superioris sui, excusatione legitima cessante, se faciant promovendi. Quodque gratis singuli ad professionem recipiantur, nullo accepto pretio neque aliqua facta conventionione, & ne hac sub paupertatis praetextu pallentur, districte inhibemus.

7. Non